

Cur sepultus est Christus?

Sepeliri Christus voluit, vt certum esset testimonium, quod vere fuerit mortuus et vt vna secum peccata nostra sepeliret et nostra sepulchra sanctissimi corporis sui contactu consecraret.^s

Quomodo intelligis articulum de descensu
Christi ad inferos?

5

Simpliciter et sine allegoria intelligendus est hic articulus sicut Paulus ad Ephes. 4 interpretatur: „Descendit ad inferiores partes terrae.“¹²⁵ Fatemur autem hoc ar-[71:]ticulo destructam esse tyrannidem diaboli et inferorum, hoc est liberatos omnes, qui credunt in Christum a potentia diaboli et inferis vt Oseae 13 „Ero pestis tua 10 inferne.“¹²⁶ Et hanc victoriam certo modo Filius Dei diabolis ostendit. Nec dubium est diabolos sensisse suam potentiam ab hoc victore fractam esse et vere caput serpentis a semine mulieris contritum esse. Est igitur simplicissima sententia, quod Christus ostenderit suam victoriam diabolis et eos terruerit. Sed quomodo hoc sit factum, non scrutemur. Cyprianus scribit in ecclesiae Romanae symbolo et in aliquibus orientis 15 ecclesijs non fuisse hunc articulum additum.¹²⁷

^s conseruaret: A.

¹²⁵ Eph 4,9.

¹²⁶ Hos 13,14.

¹²⁷ Vgl. Rufin, Expositio symboli 16, in: PL 21, 356 (CChr.SL 20, 152f). Dieses Werk fand unter der Autorenschreibung „Cyprian“ Aufnahme in die Übersetzung des Erasmus von Rotterdam: Caecilii Cypriani opera, iam quartum a mendis per D. Erasmum Rot. repurgata: Accebit liber eiusdem De duplici martyrio, antehoc nunquam excusus [...], Lugduni [Lyon:] Sebastian Gryphius 1535.